§. LXXIX.

VERITAS. *Qvæ non rapui*, inqvit in Textu Salvator, SOLVI. De emphaſi vocis חשיב vid. §.V.

§. LXXX.

QVALITAS. Eſt enim ſatisfactio (*a*) VICARIA, *pro Raptoribus*. Qvæ ipſe non rapuit, pro aliis, qvi revera rapuerunt, ſolvit, vis Textus noſtri. (*b*) NON-COACTA, a Redemptore ſcil. *ſponte præſtita*. §.VI. (*c*) EXACTA. Qvicqvid enim in univerſum erat raptum, illud plene atqve ex aſſe fuit reſtitutum §.XXIII. ſeqq. Adeoqve (*d*) SUFFICIENS. *Deus* ipſe *ſolvit*, *Deus* ſolventem, deleto Chirographo, ut ita loqvi liceat, qvietavit, & ex Vinculis mortis dimiſit. Col. II, 14. Actor. II. 24. conf. Rom. IV. 24.

§. LXXXI.

QVANTITAS. Eſt enim ſolutio PERSONARUM, DELICTORUM ac POENARUM ratione univerſalis per §. XLIX. ſeqq. Qvæ hac vice ex profeſſo diſcutere non vacat. תלית

FINIS.

Coll. diss. A. 216, misc. 32

SLUB
Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden